



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 111. Continuatum Belgii bellum, ac diploma ad Joannem Austriacum a  
Papa transmissum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

Sæcul. XVI. repetens, illud ab ipsis etiam Sancti  
A.C. 1578. II. Lusitaniæ Regis temporibus deducere nitebatur: denique Gregorius XIII. Papa ad Lusitaniæ sceptrum adspirabat, cum hoc regnum Sedis Apostolicæ fenum esset, ac Cardinalium spolia Ecclesiæ Romanæ relinquere oporteret.

## §. CXI.

*Continuatum Belgii bellum ac Diploma  
ad Joannem Austriacum a Papa  
transmissum.*

*Thu. l. 66.  
Spond. hoc  
ann. n. x.*

Philippus II, cum interea regnum suum Lusitano diadematæ augendi spe detineretur, haud parum terrebatur ob ingentes armorum progressus, quibus foederati singulis annis novas eidem urbes eripiebant: quapropter in eunte hoc anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo utrinque maximi armorum apparatus instruebantur, ac præprimis Joannes Austriaeus collectis omnibus viribus suis copias in aciem educere parabat: hæc cum interim gererentur, idem a summo Pontifice diploma recepit, quo tam ipse, quam omnes, qui ejus castra se querentur, plenam suorum peccatorum condonationem a Papa receperunt, adjectis tamen quibusdam conditionibus. Sub idem tempus Alexander Farnesius Octavii Parmensis Ducis, & Margan-

tæ,

tæ, quæ ejusdem Joannis Soror erat, **Sæcul. XVI.**  
 Filius plura Hispanorum vexilla, quæ **A C. 1578.**  
 ex Longobardia contrahebantur, ad  
 eundem Joannem Austriacum adduce-  
 bat; hic ergo hisce suppetiis fretus fö-  
 deratos data quacunque occasione in-  
 vadere decreverat, cum ergo illos Gem-  
 blaci, quo sua impedimenta jamjam  
 præmiserant, substituros intelligeret, eo  
 destinabat Mansfeldium Comitem, &  
 Octavium Gonzagam unacum duobus  
 equitum millibus, quorum subsidio Na-  
 murcum caperetur, hostisque in itine-  
 re interceptus ad pugnam provocari  
 posset. Hujus concilii executioni suf-  
 fragabatur etiam Parmensis Dux, unde  
 victoram de hostibus reportabat Joan-  
 nes Aultriacus, dum föderatorum co-  
 piæ strenue profligavit, cæsis eorum  
 tribus millibus, captisque quampluri-  
 mis.

### §. CXII.

*Protestantes Amstelodami recepti, eo-  
 rumque crudelitates.*

Prosper hic armorum successus nonni- **Thu. l. 66.**  
 hil Amstelodamensis urbis jacturam **Strada l. 10.**  
 imminuebat; quippe hæc urbs die  
 secunda Februarii Arausionensi Princi-  
 pi sese dederat, pactis hisce conditio-  
 nibus I. Protestantibus extra urbem  
 convenire, & intra urbem in loco pro-  
 fano